



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Institutiones Canonicæ Sive Ius Ecclesiasticvm

Wiestner, Jacob

Monachii, 1705

IX. De Primitijs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62668](#)

ARTICULUS IX.

De Primitiis.

SUMMARIUM.

128. *Primitia sunt primi fructus agro-
rum, vinearum &c.*
 129. *Vel portiū eorum pars aliqua.*
 130. *Parochia prestanta,*
 131. *In Nova lege ex praecepto Ecclesia-
stico:*
 132. *Cui Consuetudine in multis locis est
derogatum.*

128. **P**rimitiae dicuntur frugum initia si-
ve primi fructus, qui Dei bene-
ficio ex agris, vineis, hortis, ar-
boribus producuntur. Exodi cap.
23. v. 19. & Numer. cap. 18. v. 11. *Primis*
inquam, non bonitate sive optimi: sed
tempore sive ante alios maturantes &
collecti: sicut primogenita animalium
foetus primi vocantur: licet optimi non
sint. Suarez Tract. 2. de Relig. lib. 1. cap.
8. n. 2.

Differunt à Decimis: quod ista ex
ipsa nominis vi sint fructuum quo annis
provenientium decima pars, & exhibe-
antur immediatè Ecclesiæ ministris in
ipsorum alimenta & stipendum sustenta-
tionis, ob spiritualia ministeria, & in
recognitionem supremi atque universalis
Dominii Dei, c. Tu nobis 26. *Primitiae*
autem sint primi fructus collecti ex terra:
qui non omnes, sed eorum aliqua dun-
taxat, quadragesimâ non major & non
minor sexagesimâ pars, ut ex S. Hiero-
nymo in Ezech. cap. 45. refertur c. I. &
de primogenitis animalium, foetus non
omnes, sed ex ducentis unus: vel, si tot
non essent, aestimatio secundum quanti-
tatem ejus numeri, Glosa in c. I. sit.

V. *Primitiis, immediate offerebatur* ⁱⁿ
recognitionem beneficij & gratiarum
actionem pro frugibus terra: licet etiam
ipse cederent in alimenta Sacerdotum &
Ecclesiæ ministrorum, Azor p. 1. id. 7.
cap. 27. q. 6. & Palao Tract. 10. diff. lib.
p. 16. n. 1.

Exhibenda autem Primitia fructu
um prædialium Jure communii sunt Pe-
rocho, intra cuius Ecclesiæ fines sua ter-
prædia & fundi, ex quibus fructus pro-
ducuntur; quia sunt onus Reipublicam
prædiorum. Ex Confuetudine una
aliquando clericis aliis, puta Sacramen-
tinalium obvenire solent, Rebus illis
obvenire solent, Rebus illis
cimis q. 1. a. n. 16. Azor cit. cap. 27. q. 7.
& Barbofa de Offic. Parochi cap. 27. n. 1.

Dubium est, an eas offrendi obliga-
tio detur. In veteri Testamento ex ob-
ligatione & præcepto Divino foliatur, i-
quet ex Sacris textibus initio allegata:
quibus præceptas Decimas & Primas
quod Populus Iudeus non exhibet
adversus ipsum Deus, Malach. cap. 3. v. 1.
gravissimè est conquestus. Quod Cen-
moniale Mosaica Legis præceptum, iux-
morte Christi cum illius Sacerdotio ce-
pirat, secundum Apostol. ad Hebr. cap.
7. v. 12. & c. Translat. 3. de Confuc. in
Etimonibus tamen Ecclesiasticis, in non
Lege resuscitatum fuit can. Reverendus
67. pr. 16. q. 1. can. 1. ibidem q. 7. 3. v. 1.
bâc Rubr. Sed huic etiam Juri contraria
Confuetudine cum tempore derogantur,
& in multis locis Primitiarum oblationes
non solum quoad quantitatem & qualita-
tem variate, sed non-usu omnino abolu-
te sunt: cui causam fortassis dedit quod
Ecclesiæ ministris congruum sustentare
nem Oblationes & præterim Decime ex
his subrogati alii proventus exhibentur.
Neque hac Confuetudo, tanquam
Corruptela, rectè redarguit exceptio pri-

Primitia exhibeantur ex Gratitudine pro terra fructibus Deo debita Jure Naturali; quod prodita obligationi contraria Confuetudo tanquam rationi minus consentanea rejecitur e. fin. de *Consuetud.* quia Jure illo ad grates quidem Deo pro terra fructibus exhibendas ita obligamur; ut ea obligatio tolli nequeat: seclusi tamen lege Positivâ non obligamur ad gratias ei referendas determinatè per solutionem Primitiarum. Unde has offendendi obligationem tollens confuetudo Iuri Naturali non adversatur; cum Deo pro illa liberalitate gratos nos exhibere alia ratione valeamus, Engel ad *banc Rubr.* §. 4. n. 3.

ARTICULUS X.

De Oblationibus.

SUM M A R I U M.

- 133. Nominia Oblatio varia significatio est.
- 134. Proprie accepta à solis fidelibus;
- 135. Et de bona justè ac licite questio recipitur.
- 136. Percipitur à solis Clericis & Religiosis;
- 137. Non etiam à laicis.
- 138. Oblationes in Missarum solenniis sacerdotiæ ex devotione:
- 139. Ceteris casibus ex obligatione sunt.
- 140. Ad Parochum plectant, que in Missis,
- 141. Et ex parte, quae extra eas sunt.
- 142. Eorum quadam cedunt Episcopo;
- 143. Quadam Religiosis;
- 144. duobus, quorum intuitu sunt.
- 145. Ad certos usus factas sacerdotiæ Parochie;
- 146. Aliquando aliis, etiam laici, admisirant.
- 147. Oblationum in alios usus converto, sola Ecclesiastica;

133.

Oblationes in Ecclesiis recipiuntur à solis Fidelibus, non excommunicatis, secundum S. Clementis Lib. 3. *Constitut.* *Apof.* cap. 8. & Concil. Illiberitani cap. 28. & de rebus ipsorum propriis, licet & justè quæstis, c. *Quia in omnibus 3. de Usuris* & c. *causa cit. juxta illud, Altissimus non respicit in oblationes iniquorum.* Eccles. cap. 34. v. 23. & Divino huic Oraculo consonam sententiam S. Gregorii, qui *Præfati, in Job, Vicitima, inquit, impiorum abominabiles Deo sunt.* Unde Sanctionibus Ecclesiasticis ab Oblationibus in Ecclesia faciendis removentur Usurarii manifesti, c. *Quia cit. Raptore* & *Super 2. de Raptor.* Oppressores Pauperum & fratres dissidentes, can. *Oblationes 2. diff.*

134.

ff. 2

go. Sacri-

148. (*Privilegio seclusò*)149. *Eaque Apostolicâ*150. *Vel Episcopali auctoritate fieri posse.*

133.

Oblationis nomen variè, & Imprimis quidem accipitur latè ac genericè pro omni eo, quod Deo, vel ad ipsius cultum quocumque exhibetur, & Primitias Decimásque & ipsum etiam Sacrificium comprehendit. Deinde strictè & magis specificè pro re quacunque temporali, quæ intuitu Religionis à fidelibus immediatè Deo absque immolatione exhibetur; ut in Ecclesiæ psalmi ejusque ministrorum sustentationem cedat, sive ea mobilis vel immobilis, sive per actum ultimæ voluntatis, institutionem hæreditariam, legatum, mortis causâ vel inter vivos donationem, in aut extra Ecclesiam præstetur, c. *Causa 13. & c. Cum inter 29. de V. S.* Demum strictius & secundum frequentiorem usum pro eo, quod fidèles per se vel alios in Missa offerunt ad altare vel manus Sacerdotis, Laiman Lib. 4. *Tract. 6. cap. 7. n. 1. & Pirrhing ad banch Rubr. n. 172.* Postremò hoc modò accepta.

135.

Oblationes in Ecclesiis recipiuntur à solis Fidelibus, non excommunicatis, secundum S. Clementis Lib. 3. *Constitut.* *Apof.* cap. 8. & Concil. Illiberitani cap. 28. & de rebus ipsorum propriis, licet & justè quæstis, c. *Quia in omnibus 3. de Usuris* & c. *causa cit. juxta illud, Altissimus non respicit in oblationes iniquorum.* Eccles. cap. 34. v. 23. & Divino huic Oraculo consonam sententiam S. Gregorii, qui *Præfati, in Job, Vicitima, inquit, impiorum abominabiles Deo sunt.* Unde Sanctionibus Ecclesiasticis ab Oblationibus in Ecclesia faciendis removentur Usurarii manifesti, c. *Quia cit. Raptore* & *Super 2. de Raptor.* Oppressores Pauperum & fratres dissidentes, can. *Oblationes 2. diff.*

ff. 2

go. Sacri-